



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. De iis qui ad hanc Professionem admitti possunt, & de Admissione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT IV.

De Professis trium Votorum.

SECTIO I.

De iis qui ad hanc Professionem admitti
possunt : *De Admissione.*

Quinam ex
Constitutioni-
bus.



1. Rater hos hactenus descriptos Professos, nonnulli admitti possunt ad Professionem trium tantum Votorum solemnium (omisso nempe quarto de Missionibus) raro tamen, & non sine causis peculiaribus aliqujus momenti : quales sunt ipsorum devotio; personarum qualitas; ut qui bene meriti sunt, & valde devoti; quamvis minori doctrina, & concionandi aptitudine præditi, quam nostrum Institutum in Professis quatuor Votorum requirat. Ordinariè tamen sufficientiam in literis, quæ saltem ad Confessionis munus bene obeundum satis sit, habeant oportet, aut alia egregia Dei dona : ex quibus quod studio Theologiæ deest, compensari potest. "

2. Adnumerantur his; qui non attingentes in Theologicis mediocritatem, insignes

" Jul. III. pag
68. & Ex. c. 1.
D. & P. 5. c. 2.
S. 3. & B. & C.

Alii ex decre-
tis Congregatio-
num.

signes fuerint in literis humanioribus ; & plures annos in iisdem docendis strenuè laboraverint : & qui utiliter , apud Indos operam navantes , eorum linguis cum fructu addiscendis operam dederint : ita tamen , ut non communiter , ac faciliè cum omnibus dispensetur. Admittendi præterea ad hunc Gradum , prævio tamen consensu P. N. qui jure Majoratus in Hispania gaudent : si qualitas Majoratus ejusmodi fuerit ; ut firmitati illius abdicationis per sacrum Ordinem caveri non possit. Sed hujusmodi homines , sine facultate P. Generalis in Societatem non recipiantur : iisque donis ornati sint ; ut spem magnam præbeant , se post biennium probationis fore tales ; quales nostræ Constitutiones requirunt ; ut ad Professionem trium Votorum admitti queant.

3. Alioqui Tempus ordinariæ emit- tendæ hujus Professionis non erit ante septem annos ; quibus Promovendi fuerint noti in Societate ; & certam sui talenti , ac virtutum satisfactionem non medio- crem in ea præbuerint.

C. 6. D. 15.

p C. 5. D. 18.

Tempus prære- quisitum.

q P. 5. c. 2. §. 3.

